

XCVI.

Cerealis Episcopus natione Afer, interrogatus à Maximiano Africanorum Episcopo, si posset vel paucis divinæ scripturæ testimoniis, absque ulla disputationis duntaxat asseritione fidem Catholicam assignare. Quamille in nomine Domini, suffragante sibi veritate, non paucis testimoniis, sicut Maximianus irridens petierat, sed copiosis tam veteris testamenti quam novi indicibus approbavit & libello edidit.

XCVII.

Eugenius Carthaginensis Africæ civitatis Episcopus, & confessor publicus, admonitus à Hunerico Wandalorum Rege Catholicæ fidei expositionem, & maximè verbi homouision proprietatem disferere: cum consensu omnium Africæ, & Mauritanix, & Sardinix atque Corsicæ episcoporum & confessorum qui in Catholica permanserunt, composuit librum fidei, non solum Scripturarum sanctarum sententis communitum: & per collegas confessionis suæ porrexit. Jam verò asportandus pro fidelis linguæ remuneratione in exilium, Epistolas vel communitatis fidei, & unius sacri & conservandi baptismatis ovibus suis, quasi pastor sollicitus dereliquit. Altercationes quoque quas cum Arianorum præfibus per internuncios habuit, conscripsit: & regi legendas per majorem domus ejus transmisit. Similiter & preces pro quiete Christianorum, eidem velut apologias obtulit. Vivere adhuc ad confirmationem Ecclesiæ dicitur.

XCVIII.

Pomerius natione Maurus, in Gallias Presbyter ordinatus, interrogantibus & rogantibus Juliano Episcopo, & Vero Presbytero, dialogorum more respondens, arte dialectica & sermone ingenio apto: composuit de natura animæ & qualitate ejus, & de resurrectionis ejus specialitate, in hac vita, fidelium & generali omnium hominum, libros octo. Quorum primus continet quid sit anima, vel qualiter ad imaginem Dei credatur facta. Secundus, utrum anima incorporea, an corporea debeat credi. Tertius, unde sit anima primo homini facta. Quartus, utrum anima quæ nascituro corpori infundenda est, nova fiat sine peccato: An ex substantia animæ primi hominis velut propago è radice producta, etiam peccatum primæ animæ secum originaliter retrahat. Quintus recapitu-

lationem libri quarti, disputationes, & definitiones, & quæ sit facultas animæ, id est, possibilitas, & quod eam ex singulari voluntate obtineat. Sextus, unde sit juxta Apostoli dictum adversitas carnis & spiritus. Septimus, de differentia vitarum, mortium, resurrectionum carnis & animæ. Octavus, de his quæ in fine mundi futura prædicta sunt: & absolutiones questionum quæ de resurrectione proponi solent. Memini legisse me olim ejus dictatum ad quendam nomine Principium de contemptu mundi ac rerum transitarum hortatorium, & alium de vitiis & virtutibus pratitulum. Scripsisse & alia dicitur, & adhuc scribere, quæ ad meam notitiam non venerunt. Vivit usque hodie, conversatione Deo digna, apta professioni & gradui.

XCIX.

Honoratus Massiliensis Ecclesiæ Episcopus, vir eloquens, & absque ullo linguæ impedimento ex tempore in Ecclesia declamator: & quia à pueritia in timore Dei crescens, etiam in negociis Ecclesiasticis exercitatus est, os suum quasi armarium scripturarum aperit, & in homiliarum modum ad utilitatem legentium multa componit: maximèque ad colendam fidei rationem, & revincendam hæreticorum perverfitatem. In cujus libera prædicandi constantia: non solum vicinarum civitatum sacerdotes & populi delectantur, sed & longè positi cum ad eos necessariò pergit, summam ei docendi in suis Ecclesiis rogantes injungunt. Sanctus quoque Papa Gelasius Romanæ urbis Pontifex, per scripturam agnoscens ejus fidei integritatem, rescripto suo probatum indicavit. Sanctorum Patrum vitas ad ædificationem posterorum cooperat ipse legendas, præcipuè nutritoris sui sancti Hilarii Arelatensis Episcopi: litanias ad supplicandam Dei clementiam cum plebe sibi credita pro viribus agit.

C.

Ego Gennadius Massilia Presbyter scripsi adversus omnes hæreses libros octo, & adversus Nestorium libros sex: & adversus Eutychem libros undecim; adversus Pelagium libros tres, & tractatus de mille annis. De Apocalypsi beati Johannis; & hoc opus: & Epistolam de fide mea misi ad beatum Gelasium urbis Romæ Episcopum.

Codex solus Monasterii Sancygiranni hoc ultimum retinet de Gennadio capitulum, qui imitatus Hieronymum, non in fide, sed in ordine sermionis, tanquam abortivum posuit sese ad calcem sui voluminis de viris illustribus.

INDEX ILLUSTRUM VIRORUM GENNADII.

E Codice Manuscripto Bibliotheca S. Germani à Pratis vetustissimo, de quo diximus bis terve superius.

Table with 6 columns listing names of illustrious men: Hieronymus, Faustinus, Cassianus, Evagrius, Paulinus, Sydonius; Jacobus, Rufinus, Pelagius, Vigilus, Mozymus, Johannes; Julius, Tichonius, Julianus, Articus, Honoratus, Honoratus; Paulonas, Severus, Lucianus, Nestor, Asclepius, Hilarius; Vitilinus, Antiochus, Avitus, Xylus, Petrus, Cerealis; Macrobius, Severianus, Paulinus, Theodorus, Paulus, Eugenius; Heliodorus, Niceas, Ursinus, Fastidius, * Maurus, Pomerius; Pachomius, Olimpius, Macharius, Leporius, Vuconius, Honoratus; Theodorus, Bacharius, Johannes, Victorius, Museus, Maximus; Macharius, Augustinus, Helvidius, Fautus, Vincentius, Petronius; Oresiesius, Horotius, Theophilus, * Cæcarius, Cyrus, Cælestius; Evagrius, Leo, Eusebius, Eucherius, Samuel; Theodoretus, Cyrillus, Vigilantius, Vincentius, Claudianus; Prudentius, Innocentius, Simplicianus, Syagrius, Theodoretus; Audentius, Prosper, Vigilius, Isaac, Gennadius; Commodianus, Victorius, Eutropius, Salviaus, Theodolus, Joannes.

SANCTO

SANCTO HIERONYMO ADJUNCTI SCRIPTORES

SIVE

VARIANTES LECTIONES

GENNADII DE VIRIS ILLUSTRIBUS

Ex Manuscripto codice vetustissimo Corbeiensis sive San-Germanensis.

CODEX MS.

EDITI LIBRI.

IN JACOBO.

Jacobus cognomento sapiens Nizibi urbe nobile Episcopus, modo vero Perfarum civitatis unus ex numero &c.

Qui in Nicena Arianam ... omouisæ oppositione.

Chronicon velut magnarum hominum nominat ... Catalogo scribarum.

In aliam linguam versum est scriptorem ... comprehendit omnem opus suum in xxvii. libros ... de delictione.

Pœnitentia de satisfactione, de censu animæ, de virginibus, de circumcisis, de acino benedictionis.

In Esaiâ legimus non exterminandos brutos ... composuit & ericonon.

Quia divinarum tantum constructum comprimitur eorum.

E suspitione. defunt vel Domini nostri.

Patris Constantini intra muros Nizybe.

Incarnatione Domini Epistolam.

Defunt hæc omnia in codice Manuscripto.

Fomentum est enim thymotianæ hæreseos impietatis.

Paulonas Presbyter discipulus beati Efre.

Et in divina Scriptura doctus.

Vide Paulona ne te submittas cogitationibus tuis & elevs. Sed cum comprehendisse putaveris Deum crede te intellexisse. Præsens enim erat illum ex studiis vel sermonibus nova investigare in immensum intellectum tendere.

IN PAULINO.

Jacobus Presbyter cognomento sapiens, Nesibena nobilis Perfarum modo civitatis Episcopus unus ex numero &c.

Qui in Nicena Synodo Arianam ... oppositione.

Chronicon velut magnarum virtutum hominem nominans, in catalogo scribarum.

In aliam versus est linguam nescisse scriptorem. Comprehendit autem omne opus suum in viginti sex libris: id est &c.

Pœnitentia, de satisfactione, de virginitate, de ascensu animæ, de circumcissione, de azyimi benedictione: pro qua in Isaiâ legitur: Non exterminabitur botrus.

Composuit & Chronicon.

Quia divinarum Scripturarum autoritate constructum, comprimit ora.

Præsumptuosa suspitione de adventu Antichristi vel Domini nostri.

Patris ejus Constantini intra muros Nesibenfes.

IN JULIO.

Incarnatione Christi Domini Epistolam. Adversum eos, qui ita duas per incorporationem in Christo asserbant personas sicut & naturas.

Fomentum enim est Eutythianæ & Timotheanæ impietatis.

Paulinus Presbyter discipulus beati Ephrem.

Et in divinis doctus Scripturis.

Vide Pauline ne te submittas cogitationibus tuis. Sed cum te ad purum comprehendisse putaveris Dominum, crede nec intellexisse. Præsenferat enim illum ex studiis vel sermonibus ejus nova investigare, & immensum intellectum tenere.

IN VITELLIO.

Vitilinus afer donati scisma. Velut persecutorem. Nomen egregii doctique ediderat.

Claruit sub Constantio filio.

Vitellius Afer Donatianum schisma. Velut persecutorum nomine egregiam doctrinam ediderat.

Claruit sub Constante filio.

IN MACROBIO.

Macrobius Presbyter, & ipse uti ex (scripto) cognovimus. Donatista postea in urbe roma fuit episcopus occultus.

Macrobius Presbyter, ut & ipse ex scriptis Optati cognovi, Donatianorum postea in urbe Roma occultus Episcopus fuit.

IN PACHUMIO.

Pachomius monachus. Cornelium & ad abbatem Syrum. Interim ad omnium &c.

Quod lingua Ægyptia vocatur bau.

Defunt (quæ menie Augusto agitur)

Ut in unum congregentur fratres epistolam.

Tom. V.

Pachomius Monachus. Cornelium, unam: ad abbatem Syrum unam: ad omnium &c.

Quod lingua Ægyptiaca vocatur Baum.

Quæ mensè Augusto agitur: ut in unum præpositi congregarentur Epistolam.

D

Monasteria epistolam sanctarum Scripturarum sermone digests. Monasteria Scripturarum sanctarum Epistolas sermone digests.
Hujus & exhortationis epistolae III. Hujus exhortationis Epistolae tres.

IN MACARIO.
Qui in MS. codice precedit Orefesius.
Macharius Epistolam cognoscens. Macarius Epistolam. Cognoscens.
Contententiam velut naturalem debitum munus obtenuerit. Contententiam velut naturae debitum munus obtenuerit.

IN ORESIESI.
Orefesius ... Pachomii. Orefesius ... Pachomii.

IN EVAGRIO.
Discipulus ... aditatur. Discipulus ... aditatur.
Adversum octo tantum principalium. Adversum octo principalium.
Vel diaboli vitia naturae suggestio & contra se habeant testamentum. Vel diaboli, vel vitia naturae suggestionum contra se habent testimonium.
Eandem simplicitatem qua in grecum invenire visus sum in latinum transtuli. Eandem simplicitate qua in Graeco inveni, jussus in Latinum transtuli.
Sententias vel obscuras & ipse in his ait solus monachus cordibus agnoscibiles. Sententias valde obscuras & (ut ipse in his ait) folis Monachorum cordibus agnoscibiles.
Signis & virtutibus pollens. Signis & prodigiis pollens.

IN THEODORO.
Theodoreus disertissimus apollonarietas & eunomianus. Theodorus ... disertus ... Apollinaristas & Anomaeos.
Libros xv. ad xv. versuum continentes. Libros ad quindecim millia versuum continentes.
Duabus substantiis constare, id est anima & corpore. Duabus tantum substantiis constare, anima scilicet & corpore.
Non alteram substantiam. Non alteram esse substantiam.
Quarto decimo autem hujus operis libro propriae de incarnata & sola incorporea. omniaque omnium. Quarto decimum autem hujus operis librum, proprie de incarnata & sola incorporea dominaque omnium.
xv. vero volumina tantum operis sciscitatis etiam &c. Quinto decimo vero volumine, totum operis citatis etiam, &c.

IN PRUDENTIO.
Prudentius saeculari literatura. Prudentius & saeculari literatura.
Composuit TROCLEUM de toto veteri & novo. Composuit Τροχλειον de toto veteri & novo.
Exameron a conditione primi hominis. Hexameron usque ad conditionem primi hominis.

Composuit & libros quos graeca appellatione praetitulavit apotheosis physichia amartigenia, id est de diversis, de compugnancia anima. Composuit & libellos quos Graeca appellatione praetitulavit Αποθεωσις, φυσικη αμαρτιγενεια id est, de divinitate, de compugnancia animi.

IN AUDENTIO.
Speciali intentione contra fornicios. Intentione speciali contra Photinianos.
Antiquitatem Filii Dei coeternam fuisse, non initium deitatis. Antiquitatem Filii Dei coeternalem Patri fuisse: nec initium Deitatis.
Acceperit cum Maria matre. Cum a Maria matre.

IN COMMODIANO.
Scripsit quasi librum adversum. Scripsit quasi versum adversum.
Unde & divinarum promissionibus adversum illos agens vilis aetatis & crasso. Unde & de divinis repromissionibus adversum illos agens, vilis aetatis & crasso.
Studentibus inculcavit. Studentibus inculcavit.

IN FAUSTINO.
Scripsit ad personam flaccillae. Scripsit ad personam flaccillae.
Adversum Arrium & Macedonium. Adversum Arianos & Macedonianos.
Cum Marcellino quondam Presbytero optulit. Cum Marcelliano quondam Presbytero obtulit.
Ex quo ostenditur Luciferiani scisma conscripsisse. Ex quo ostenditur Luciferiano schismati conscripsisse.
Quo novatianus apostatas poenitentes. Ut Novatianis apostatas poenitentes.

IN RUFFINO.
Rufinus Aquileiensis. Rufinus Aquileiensis.
Pars doctorum ecclesiarum. Pars Ecclesiae doctorum.
Et Eusebii Caesariae Palaestinae Ecclesiae Episcopi historiam. Et Eusebii Caesariensis Palaestinae Ecclesiasticam historiam.
Evagrii sententias. Pamphili martyris adversum. Evagrii sententias. Pamphili martyris adversum.
Ruffino interpretata sunt quia & Hieronymus transtulit aliqua. Ruffino interpretata sunt: quae autem sine prologo, ab alio translata sunt, qui prologum facere noluit. Origenis autem non omnia, quia & Hieronymus transtulit aliquanta.

Desum hic multa in MS.

Ruffinus symbolum differuit & benedictiones Jacob supra Patriarchas ... mystico sermone. scripsit & epistulas ad timorem Dei. Inter quas eminent. Exposuit idem Ruffinus symbolum: ut in ejus comparatione alii non exposuisse credantur. Differuit & benedictionem Jacob super Patriarchas mystico sensu. Scripsit Epistolas, ad timorem Dei hortatorias multas: inter quas praeminent.

Illum vero aemulum stimulo incitatum ... stilum agitavisse. Illum vero aemulationis stimulo incitatum ... stilum vertisse.

IN THICONIO.
Agnoscitur donatistarum partis. Agnoscitur Donatiana partis.
Ad investigandam intelligentiam Scripturarum. Ad investigandam & inveniendam intelligentiam Scripturarum.
Apocalypsin Johannis ad integrum sed tantum intelligens spiritali. In qua exponens dixit. Apocalypsin Joannis ex integro sed totum intelligens spiritali. In qua expositione dixit.
Suspicionem tulit. Neque duas in carne resurrectiones futuras inter justos & inter in justos. Sed unam & in semel omnium. In qua resurrectionem abortivi deformati resurgant. Distinctionem sane duabus resurrectionis &c. Suspicionem intulit. Neque duas in carne mortuorum resurrectiones futuras: unam justorum, aliam injustorum: sed unam & semel omnium, in qua resurgant abortivi etiam deformati, ne quid humani generis deformatum & animatum substantia intereat. Ostendit distinctionem sane duarum resurrectionum &c.

Stipendium homines suscitantur. Duo vero generis omnium hominum, justorum & peccatorum. Floruit hic vir aetate. Stipendium suscitantur. Secundam vero generaliter omnis hominum carnis. Floruit hic aetate.

Theodosio cum filiis suis. Theodosio & filiis ejus.

IN SEVERO S U L P I C I O.
Hortatorias scripsit forori suae multum ad Praedictum Paulinum Nolanum tres alias. sed quia. Exhortatorias scripsit forori suae multas ad praedictum Paulinum Nolanum duas, & ad alios alias. Sed quia.
Composuit & Chronica. Composuit & Chronica.
Illustris viri, quam vero postea Posthumianus & Gallus insigniter profecuti sunt; collationem vero postumiani & Galli praedictorum se mediante & judice. Illustris viri: & collationem Posthumiani & Galli, se mediante & judice.

Speciem & incisionibus comprehensam, in quarum priore. Specie, duabus incisionibus comprehendit: in quarum priore.
Decretum origenistas. cautius a sapientibus probis legendum. Decretum, Origenem & cautius a sapientibus probis bonis legendum.
Tacendo poenitens emendaret. Tacendo penitus emendaret.

IN ANTI O C H O.
Antiochus adversus avariciam unum & grande volumen in curatione caeci qui a Salvatore curatus est omeliam composuit. Antiochus adversum avaritiam unum & longum volumen: & de curatione caeci, qui a Salvatore illuminatus est, Homiliam composuit.
Moritur Marciano imperante. Moritur Arcadio Imperatoris tempore.

IN SEVERIANO.
Severianus Gabalitanus Ecclesiae. Severianus Gabalensis Ecclesiae.
Et Imperatori Archadio ad. Et Archadio imperatore ad.
Legi ejus expositionem ad Galatas, & de baptismo & Ephysania. Moritur juniore Theodosio filio suo in baptismo imperante. Legi ejus expositionem in Epistolam ad Galatas, & de baptismo & Theophaniae solemnitate libellum gratissimum. Moritur juniore Theodosio imperante.

IN N I C E A.
Niceas Romacianae civitatis. Niceas Romanae civitatis.
In quo poene tempus Melgidium quendam patris familias. In quo judicat suo pene tempore Melchidium quendam patrem familias.
Et Gadarium rusticum. Et Gadarium rusticum.
Fortitudinem ab ethnicis in deos relatis. Fortitudinem, esse inter Deos relatos.
De fide unicae majestatis. Quartus, adversum genealogiam. De fide unicae majestatis. Quartus, adversum genealogiam.
Victima ededit & ad lapsam virginem Librum humanae labentibus & incentivum. Victima. Dedit ad lapsam virginem Libellum, omnibus labentibus emendationis incentivum.

IN B A C C I A R I O.
Bacharius vir Christianae disciplinae expeditus. Baccarius vir Philosophiae Christianae nudus & expeditus.
Propositi integritate. Proposita integritate.
Sed ego unum ex illius tantum de fide. Sed & ego ex illis unum tantum de fide.
Pontifici urbis adversos querulos. Pontifici urbis adversum querulos.
De terra vel cognatione sua cohaeres. De terra sua & cognatione sua, cohaeres.

IN A U G U S T I N O.
Augustinus discipulus beati Ambrosii ypone regiae Africae oppidi Episcopus. Vir eruditione divina Tom. V. Augustinus Afer, Hipponensis oppidi Episcopus, vir eruditione divina & humana orbi clarus, D ij